Bodleian Libraries
UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries
and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks

This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

ʒ

Q. D. B. V.

DE

# PERICVLOSA POE

# HOMICIDII

DISPVTABIT

PRAESIDE

## DN. SIM. PETRO GASSERO,

POT. PRVSS. REGI A CONSILIIS INTIMIS ITE
LIC. ET DOMAN. IVRIVM ET RERVM OE
MICO-CAMER. PROFESSORE ORD. SCAB
TVS IN DVC. MAGDEB. SENIORE.

## PRO LICENTIA

D. APRIL. cIↃIↃCCXXXIX.

**Johann Andreas Brandhofer,**

AVGVSTANVS.

---

*HALAE MAGDEBVRGICAE,*
LITTERIS HENDELIANI

V. CCCIII. d. 26.

SACRI ROMANI IMPERII
LIBERAE REIPVBLICAE
QVAE
AVGVSTAE VINDELICORV[M]
FLORET,
PROCERIBVS
PATRIAEQVE PATRIBVS
INCLVTIS.

NEC NON

PARENTI SVO
DVLCISSIMO.

DISSERTATIONEM HANCCE

SVBMISSA ANIMI DEVOTIONE

HVMILLIME

DICAT CONSECRATQVE

SVBIECTISSIMVS

Johann Andreas Brandhof

# SVMMARIA.

DE incauta quorundam ICtorum & Theologorum irrogatione poenae homicidii §. I. Ex peruerſa adplicatione iuris ciuilis multi errores pragmatici originem trahunt. §. II. Ad quam pertinet Lex Cornelia de Sicariis. §. III. Verba primi capitis Legis Corneliae exhibentur. §. IV. Error peruerſi iſtius principii de animo ex inſtrumentis praeſumendo, notatur. §. V. Quid ſica, & quiſnam ea vſus ſit, §. VI. Ius Rom. non conſtituit fundamentum hodiernum decidendi cauſſam homicidii capitalem §. VII. Romani propter auaritiam magis reſpexerunt in cauſ-

ſis dubiis ad Legem Aquiliam quam Corneliam §. IIX. Opinio GERARDI NOODT de Lege Aquilia & Cornelia notatur. §. IX. contra requiſitam cautelam peccare videntur DD. qui homicidiorum cauſſas ex legibus Romanis deſumunt. §. X. Quid ſentiendum de Conſtitutione Carolina; quae ad tollendos abuſus iudiciorum occultorum fuit propoſita. §. XI. De duabus cautelis, quas ſuppeditat Carolina. §. XII. Theſin in ea traditam de defenſione bonorum cum internecione alterius admodum limitant ICti & Moraliſtae. §. XIII. Caſus quidam de prouocante occiſo illuſtrationis ergo adducitur. §. XIV. De cautione Conſtitutionis Carolinae. §. XV. Progreſſus ad Ius Canonicum. §. XVI. Inprimis ad c. 6. & ſeq. X. de homicid & quid in eo interdictum; §. XVII. Quid notandum quoad totum tit. X. de homicid. §. XIIX. Recurſus ad ius diuinum in cauſſis dubiis. §. XIX. Conſilium Theologicum Ienenſe adducitur. §. XX.

§. I.

## §. I.

INcautos eſſe ICtos, qua tales, in irroganda poena homicidii capitali, non adeo mirum, ob textus iuris ciuilis expreſſos, qui prudentiſſimum quemque fallere poſſunt, atque ſi ipſa legum verba, poſthabita conſideratione hiſtoriae coaeuae, & ſequeſtrata Conſtitutione Carolina ſequi vellemus, omnes fere ſententiae iſtiusmodi generis ſcaterent ſanguine humano. At vero theologos in hac materia eſſe incautos, hoc eſt, quod maxime mirandum, cum textus ſcripturae ſacrae, & ipſius legis Moſaicae, tam rite diſcernant caſus diuerſos, vt incautos iſtos noui homicidii, & ſanguine humano terram maculantium reos faciant, accedunt elegantes textus iuris Canonici. Vnde in praeſenti diſſertatione o-

perae pretium erit, inquirere in peruerſam adplicationem *iuris ciuilis*, iniuſtum contemtum *iuris Canonici* & culpoſum, ſi non malitioſum neglectum *iuris diuini*, ob praeiudicia.

§. II.

Ad ius ciuile & ipſas leges quod attinet, permulti errores pragmatici exinde traxerunt originem, quod non attenduntur legum inſcriptiones, vt appareat, a quo lex lata, cui, & de quo argumento inſcripta, his enim rite inueſtigatis ſaepius de longe alio capite textus apparet, & ſuppoſito ſtatu iſtius tempeſtatis publico, ceſſat omnis applicatio, ſaepiusque leges ſunt mere locales, praeſertim in Codice. Quis enim hodie non rideret, ſi prohibitum vſum equorum in via, vel gladii, aut armorum in genere vellemus ſtatuere, & tamen mirum in modum torquentur Interpretes ad *tit. C. vt armorum vſus inſcio principe interdictus ſit.* donec aureum illud ſidus inter ICtos, IACOBVS GOTHOFREDVS poſt alios optime omnium demonſtrauerit ex inſcriptione Campaniae Conſulari facta, quod ſupponantur latronum conatus ac inſultus iſtius prouinciae, & ita facile conſpirant textus *in L. 1. & 2. C. Th. quibus equorum vſus conceſſus eſt aut denegatus vid. Dn. Praeſid. Praelect. ad tit. C. vt armorum vſus.* Alia prohibitio habetur in *L. 1. C. quae res exportari non debent*, ne vina & alia liquamina, ne quaeſtus quidem cauſa vendantur barbaris, ex ſpeciali ratione, ne illorum dulcedine illecti promtius fines Imperii Romani quondam inuaderent. Sic enim Longobardi a Narſete in Italiam pellecti di-

cun-

cuntur. SIGON. *de Regno Ital. lib. I.* Hodie dulciſſima vina Italica habemus, praeſertim in patria dulciſſima *Auguſta Vindel.*

## §. III.

Ad noſtrum ſcopum apprime pertinet lex Cornelia de Sicariis cuius infelix applicatio praeſertim decepit infeliciores illos ICtos, qui verba legum absque genuina ratione ſequuntur vt plurimum, haec vero ratio eruenda partim ex peruerſo tum temporis ſtatu belli inteſtini, vbi longe aliae leges requirebantur, partim ex infeliciori extenſione & ampliatione legis, ab ipſis quoque ICtis tempore Imperatorum facta, ſi fragmenta ſatis ſuperſunt. Lex Cornelia vero, ſicuti eſt multiplex, ita plurima eius capita turbulentum reipublicae Romanae ſtatum ſapiunt; Varias huius legis partes paſſim recenſet Cicero, veluti de honore tribunis adempto, de Imperio Pompeii, de iudicum reiectione, maieſtatis, aduerſus proſcriptos, ſiue de proſcriptione, de repetundis, de ſumtu legatis decernendo, teſtamentaria & nummaria, de veneficiis &c. Sane itaque ex hoc ſtatu publico etiam aliae iuris materiae, praeter ſolum homicidium, meliorem capiunt interpretationem, ſicut de iniuriis, ſi domus vi introita eleganter deduxit HOTOMANN. *ad §. 8. Inſt. de iniur.* Ita quoque formula fideicommiſſorum, in ſe alias ridicula: *Rogo te Semproni, vt hereditatem reſtituas Caio*, vix mente concipi poſſet, niſi talis ſupponeretur Caius, qui directo hereditatem petere non poterat, forte quod eſſet proſcriptus. Praeſertim enim tempore Cornelii

lii Sullae proſcripti erant infiniti, prout tradidit *Excell. Dn. Prof.* WIDEBVRG. *in diſſert. inougurali de origine fideicommiſſorum*, *habita ſub Dn. Praeſide.*

## §. IV.

Ipſa verba legis Corneliae de Sicariis ſecundum tenorem capitis primi, quod exhibet BRISSONIVS *de formul. Pop. Rom. lib. II. p. m. 161.* non adeo dura videntur, ſunt vero ſequentia: VT IS PRAETOR IVDEXVE QVAESTIONIS, CVI SORTE OBVENERIT QVAESTIO DE SICARIIS, EIVS QVOD IN VRBE ROMA PROPIVS MILLE PASSVS FACTVM SIT, VTI QVAERAT CVM IVDICIBVS QVI EI EX LEGE SORTE OBVENERINT, DE CAPITE EIVS QVI CVM TELO AMBVLAVERIT HOMINIS NECANDI, FVRTIVE FACIENDI CAVSA, HOMINEMVE OCCIDERIT, CVIVS ID DOLO MALO FACTVM ERIT. Sed reliqua capita cum peruerſis commentationibus ſine dubio anſam praebuerunt, pluribus incautis inter ICtos, vt principia neque ad ſtatum noſtrum, neque ad ſanam doctrinam de imputatione morali pertinentia in praxi retinuerint, quorum exemplum egregium: quod animus occidendi praeſumatur ex inſtrumento ad homicidium apto, & ita ſit locus poenae capitali hodiernae, de qua tamen lex Cornelia non loquitur nec vnquam ſtatuerunt Imperatores, fortiorem praeſumtionem non excludere infirmiorem. Ita enim reſcripſit diuus Hadrianus, eum, qui hominem occidit, ſi non occidendi

animo

animo hoc admiſit, abſolui poſſe: & porro, qui gladium ſtrinxerit & in eo percuſſerit, indubitate occidendi animo id eum admiſiſſe: ſed ſi claui percuſſit, aut cuccuma in rixa, quamuis ferro percuſſerit, tamen non occidendi animo, leniendam poenam eius, qui in rixa caſu magis quam voluntate homicidium admiſit *l. 1. §. 3. ff. ad L. Corn. de Sicar.*

## §. V.

Facile igitur apparet, quam grauiter errent, qui peruerſum illud principium de animo ex inſtrumentis praeſumendo *ex cit. l. 1.* probare annituntur, manente potius regula morali & generali: quae etiam praeſcribitur *in l. 14. ff. ad L. Corn. de Sicar.* quod in omnibus maleficiis voluntas ſpectetur non exitus, & quamuis *in pr. & §. 1. cit. l. 1.* verba quodammodo ſint obſcura, attamen meliorem interpretationem facile capiunt ex ipſo textu legis Corneliae, qui longe aliter ſe habet, ſicut & ipſa poena non eſt amiſſio capitis naturalis ſed ciuilis; ſolet vero Imperator Iuſtinianus poenas ſuo tempore vſitatas adſcribere legibus ipſis ex quibus crimen deſcendit, & ita intelligendus eſt, quando exiſtimat ex lege Cornelia etiam capitis poenam irrogari *vid.* CVIAC. *ad Iul. Paul. recept. ſentent. libr. 5. tit. 23.* deportationis vero poena tempore Sullae & ſtatus quam maxime turbidi ideo videtur ſtatuta, ne homines ſuſpecti, qui cum telo ambulauerint, in vrbe Roma tolerent ur, alias ipſe Iulius Paulus addit: *Qui hominem occiderit aliquando abſoluitur, & qui non occidit vt homicida damnatur Conſilium enim vniuscuiusque non factum puniendum eſt. Ideoque,*

*eoque, qui cum velit occidere id aliquo caſu perpetrare non potuerit, vt homicida punietur. Et is qui caſu iactum teli hominem imprudenter occiderit, abſoluitur.* Elegans eſt ratio de conſiderando animo occidendi, ſed diſpoſitio prior ad hodiernam poenam homicidii non poteſt applicari, nunquam enim poena ordinaria obtinet, ſi eventus mortis non fuerit ſecutus.

## §. VI.

Praeterea ex L. Cornelia de Sicariis & veneficiis notandum, quod ſica in ſe ſit inſtrumentum ſuſpectum, gladius nempe breuis, quo maxime vtebantur, qui apud Italos latrocinia exercebant, a quo & ſicarii dicti ſunt prout tradit ex ISIDORO MARTINIVS *in Lexic. Philolog. ſub voce ſicarius* a qua etiam deducit germanicam vocem Schächer. Nec enim praetermittenda eſt ipſius legis reſtrictio, ad id, quod in vrbe Roma propius mille paſſus factum ſit. *Vid. §. IV.* ſane haec non fuiſſet admittenda, ſi lex debuiſſet eſſe generalis & vniuerſalis, nec ad ſtatum vrbis perturbatum accommodata. Idem obſeruandum de veneficiis quorum intuitu caput legis ita refert IVLIVS PAVLVS *recept. ſententiarum libr. V. Qui abortionis aut amatorium poculum dant, & ſi dolo non faciant, tamen, quia mali exempli res eſt, humiliores in metallum, honeſtiores in inſulam, amiſſa parte bonorum, relegantur. Quod ſi eo mulier aut homo perierit, ſummo ſupplicio afficiuntur.* Ecquis crediderit, habere animum occidendi, qui dat poculum amatorium, & quis non videt, quod verba *mali exempli* reſpiciant ad fraudes & machinationes iſtius tempeſtatis,

tis, vbi ſub ſpecie iſtius poculi varia ſequebantur homicidia, unde CICERO *in orat. pro Cluentio.* Quod iudex quaeſtionis de veneno quaerere debuerit, quicunque fecerit, vendiderit, emerit, habuerit, dederit deque eius capite. Hodie vero poena capitalis nunquam obtinet, ſi quis philtrum aut poculum amatorium propinauerit, ad amorem alicuius incitandum, licet mors inde ſecuta, ſicut ex probatiſſimis ICtis probauit & calculum ſuum adiecit CARPZ. *in Pract. Crim. P. I. Qu. 21. n. 15. ſeq.*

## §. VII.

Concludimus facili negotio, quod ius Romanum qua tale ob peruerſam interpretationem & applicationem ac praeſertim ob ſtatus & intentionis legum diſparitatem hodiernum fundamentum decidendi cauſam homicidii capitalem conſtituere non poſſit, nec addere ambigimus, quod Romani ipſi plurimas cauſas homicidii deduxerint, non tam e lege Cornelia, ſed & ex L. Iulia & aliis, inprimis vero ex L. Aquilia, quamvis enim in CICERONIS *orationibus* parum aut nihil de hac lege reperiatur, haud difficulter tamen conſtat de ratione, fuit enim hic accuſator de populo & in iudiciis publicis & ideo grauiores poenas cupiebat irrogandas, quia ipſe in ſtatu adhuc turbido viuebat, nihilominus tamen ipſe in libro de claris oratoribus elegantem recenſet caſum ſequentem: *Eodem tempore accuſator de plebe L. Caeſulenus fuit, quem ego audiui iam ſenem, cum ab L. Labellio multam Lege Aquilia de iuſtitia petiuiſſet.* Quoties vero Cicero defenſoris partes geſſit, omnia

omnia in dubium vocauit, acſi nulla daretur veritati certitudo; ita enim & accuſatoris & defenſoris officium deſcribit alibi: *accuſatoris eſt, crimina inferre, defenſoris eſt, diluere & propulſare, teſtium eſt, quae viderint vel audierint, dicere, quaeſitoris eſt, vnumquemque horum in officio ſuo continere.*

## §. VIII.

Enimuero quod ciues romani praeprimis auari in cauſis dubiis magis reſpexerint ad Legem Aquiliam quam ad Corneliam, ſi prioris legis poenam priuati applicari conſideremus, ad intelligendum ſatis eſt, quod vero ICti iniuriam tantummodo pro eo quod non iure factum, reputent, & ita omnem dolum excludere Legem Aquiliam, exiſtiment; hic eſt ille naevus & error communis qui plurimos fefellit. Recti us B. MENCKEN *in Syn. Pand. ad Legem Aquil ſ. 1. & 2* dolum includit, quamuis enim non poſſit negari, ſatis claram eſſe & perſpicuam *l. 5. ſ. 1. ff. ad L. Aquil.* non tamen facile textus de regula generali reperietur, quae non patiatur ſuas exceptiones & praeterea quoad omnes textus iuris apprime notandum, quod ICti alium atque alium caſum in mente habuerint, vnde totantinomiae ab aliis formari ſolent, alii rectius diuerſitatem thematis ſecernunt, vt plerumque facilis ſit conciliatio. Ec quis enim diceret in *l. 44. ſ. 1. ff. ad L. Aquil.* excludi dolum, vbi ita: *quoties, ſciente domino, ſeruus vulnerat vel occidit, Aquilia dominum teneri, dubium non eſt.* Alius textus vbi iniuria dicitur pro dolo; habetur *in l. 5. pr. ff. ad L. Aquil. ſed & quemcunque alium ferro ſe pe-*

*tenten*

*tentem quis occiderit, non videbitur iniuria occidiſſe: etſi metu quis mortis ſurem occiderit: non dubitabitur, quin Lege Aquilia non teneatur.* Hactenus bene, & iniuria procul dubio ſumitur pro non iure, ſed legantur verba ſequentia: *Sin autem cum poſſet apprehendere MALVIT occidere, magis eſt, ut iniuria feciſſe videatur, ergo & Cornelia tenebitur.*

## §. IX.

Equidem celeberrimus ICtus GERARDVS NOODT *in libro ſingulari ad Legem Aquiliam Cap. 5.* loco verborum finalium: *ergo & Cornelia tenebitur*, mavult legere, *Aquilia;* Etſi in Pandectis & legum collatione conſtanter legatur, *Lege Cornelia*, cum VLPIANO non fuerit quaeſtio de Lege Cornelia ſed Aquilia accedit ſuccincta textus cum ſequenti *§. I.* connexio ſi huic ſemper credendum. Sed ſicuti enormis fuiſſet error ſcribentis intuitu verborum, quae nullam habent ſimilitudinem, ita potius, VLPIANVS ideo videtur mentionem feciſſe Legis Corneliae, quia Legi Aquiliae, oppoſuit, ita vix amplectimur viri grauiſſimi elegantem conjecturam, & praeterea hoc tantum volumus, quod nec Lex Aquilia excludat dolum, nec vox iniuria, quis enim crederet, huic, qui maluit occidere in ſola culpa verſari, veluti, ſi domeſtici acceſſerint & habuerint furem in ſua poteſtate, contra expreſſum textum in *l. 9. ff. ad L. Cornel. de Siccar. Furem nocturnum, ſi quis occiderit, ita demum impune ferret, ſi parcere ei ſine periculo ſuo non potuit.* Cu-

ius legis autor cum idem ſit VLPIANVS, mira eſt dubitatio, an ICtus voluerit caſum de fuere occiſo referre ad Legem Corneliam. Nobis interea ſufficit, quod Lex Aquilia etiam coercuerit necem liberi hominis, ex eo enim, quod corpus illius non recipiat aeſtimationem, ceſſat quidem actio directa, ſed non vtilis, veluti ad impenſas, medicinae aut ad mercedes Medicorum, aut ad operas, quibus pater caret, & cariturus eſt, propter occiſum filuim, quod eleganter demonſtrauit ipſe GERARDVS NOODT *cit. loc. cap.* 2. ſufficit quoque quod ex diuerſo ſtatu publico aliae leges in caſu homicidii duriores, aliae iuſto mitiores hodiernum vſum non admittant, ad vltimam claſſem referenda *l. 7. ſ. 4. ff. ad L. Aquil.* ſecundum quam interdum laudabile eſſe poterat homicidium, ſi quis in colluctatione vel in pancratio, quod erat certamen miſtum ex pugilatu & lucta, vel pugiles, dum inter ſe exercentur, alius alium occiderit, ſiquidem in publico certamine, ceſſabat Aquilia, *quia gloriae cauſa & virtutis non iniuriae gratia videbatur damnum datum.*

## §. X.

Quum igitur omnia, quae ex legibus Romanis, quibus infinitae aliae addi poſſent, deſumuntur a Doctoribus in cauſis homicidiorum, ad confuſum chaos reducenda ſint, quaeritur, quid conſilii ex moribus & legibus Germanorum capi poſſit; & reſpondetur quod hac ratione exſcilla in charibdim deducamur, frequentia enim ab omni aeuo Germanis fuere latro-

cinia.

cinia. Ita TACITVS *de morib. Germanorum cap.* 22. *diem noctemque continuare potando, nulli probrum. Crebrae vt inter vinolentos rixae, raro conuitiis, ſaepius caede, & vulneribus tranſiguntur.* Praeterea ipſae leges Germanorum loquuntur, quam rudis fuerit aeſtimatio liberi hominis, mediante Werigeldo, *Wergeld, Widrigildt*, precio hominis vel animalis, quo aut viui redimebatur vita, aut mortui componebatur, ſtilo veterum, pro vt eleganter ex legibus, Friſonum, Salica, Francorum, Ripuariorum, Bavarorum, Longobardorum & veterum Saxonum, diuerſitatem pretii recenſuit SCHILTER *Exerc. 19. §. 15. ſequ.* Imo vero ipſa duella non tantum licita erant, ſed actus plane indiciales pertinebant, & loco quaſi appellationum erant, id quod ex iisdem legibus Germanorum probat DV FRESNE *in Gloſſar. ſub voce duellum.* Enorme exemplum de iure repreſentationis inter collaterales tempore Ottonis I. Imper. controuerſo refert *Witichindus vel Windechinus monachus Corbeienſis lib. 2. de reb. geſt. Saxon.* quod ex omnium principum ſententia cognitio veritatis commiſſa ſit gladiatorio iudicio, ac ceſſerit victoria his, qui cenſebant, mortuorum fratrum filios venire ac hereditatem cum patrius debere.

## §. XI.

**Succeſſit tandem Conſtitutio Carolina, iam ante Carolum Imper. ſed fruſtra rogatis ſtatibus, propoſita, quamvis a nonnullis retenta, quod varia ante noſtram**

Carolinam, quae ſuperſunt exemplaria, commonſtrant, illamque ex Bambergenſi deſumtam non eſſe, ſatis certo conſtat, quod ſumma opera, detectis variis erroribus probauit ICtis conſummatiſſimus Dn. KRESS. *in praef. ad dictam Carolinam.* Haec ſane conſtitutio duobus extremis Germaniae vulneribus remedium quaerere voluit, primo, vt turbidus Germaniae ſtatus tranquillaretur & ceſſaret via facti, ſecundo vt tolleretur abuſus iudiciorum occultorum, ſeu Vehmicorum & Weſtphalicorum, quae tamen & alibi in Germania fuerunt, conf. MARQVARD FREHERVS *de occultis iudiciis*, & THOMAS. *diſſert. de orig. progreſſ. inquiſ. & de interit. iudiciorum Weſtphalicor. vt & de occaſ. concept. ac intent. Conſtitut. Carolin.* Germanice dicebantur die Frey-Stühle, Frey-Gedinge, Vehmen-Gerichte. Exceſſus & abuſus horum iudiciorum deſcribit ipſe *Receſſ. Imp. Wormat. de anno 1521.* in verbis: Und nachdem bisher große Unordnungen an dem Frey-Stühlen, auch an dem peinlichen Gerichten, geübet und gebraucht, dadurch die Unterthanen des Reichs in viel weg beſchwert und beläſtiget, auch etwan viel unſchuldig geſteinigt und vom Leben zum Tod gericht worden. Solchem hinführo zufür kommen, ſollen und wollen wir an unſerm Stuhl zu Rotweil, auch ſonſt bey andern Obrigkeiten oder Frey-Stuhl verfügen, daß deshalben gebührlich Einſehen geſchehe, damit Ordnung gehalten, und die Gerichte derſelbigen Frey-Stuhl wieder alt Herkommen nicht mißbraucht werden.

§. XII.

## §. XII.

Ad ipſam poenam homicidii quod attinet, Carolina noſtra *art. 150.* duas cautelas ſuppeditat egregias, alteram, ne temere accuſatus dimittatur & excuſetur in verbis: **vermeinen vielleicht etliche einfältige Leute, ſie thun wohl daran, daß ſie denſelben Leuten ihr Leben retten: Sie ſollen wiſſen, daß ſie ſich ſchwerlich daran verſchulden, und ſind den Ankläger derhalben vor GOtt und Welt Wiederkehrung ſchuldig.** Supponitur vero caſus indubius in verbis antecedentibus: **und wiſſentliche Ubelthäter dadurch ledig machen wollen**, alteram magis neceſſariam cautionem requirit textus a indicibus in verbis: **und ihn nicht eigen unvernünftige Regul oder Gewohnheit, darinn zuſprechen, machen, die dem Recht wiederwärtig ſeyn, als je zu Zeiten an den Peinlichen Gerichten bisher beſchehen; daß die Urtheiler den Unterſcheid in der Sach mit hören, und bewegen, das iſt eine groſſe Thorheit, und folget daraus, daß ſie ſich zu vielen mahlen irren, thun den Leuten unrecht, und werden an ihrem Blut ſchuldig:** Hoc eſt quod dicetur, quando de iure diuino erit dicendi locus, quod ſaepius ab ipſis indicibus, noua ſanguinis profuſione denuo maculetur terra.

## §. XIII.

Veremur autem, vt legislator ex omni parte ſatis caute procedat, permittit enim *cit. art. 150.* defenſionem etiam bonorum alterius cum internecione inuaſoris,



ris,

Carolinam, quae ſuperſunt exemplaria, commonſtrant, illamque ex Bambergenſi deſumtam non eſſe, ſatis certo conſtat, quod ſumma opera, detectis variis erroribus probauit ICtis conſummatiſſimus Dn. KRESS. *in praef. ad dictam Carolinam.* Haec ſane conſtitutio duobus extremis Germaniae vulneribus remedium quaerere voluit, primo, vt turbidus Germaniae ſtatus tranquillaretur & ceſſaret via facti, ſecundo vt tolleretur abuſus iudiciorum occultorum, ſeu Vehmicorum & Weſtphalicorum, quae tamen & alibi in Germania fuerunt, conf. MARQVARD FREHERVS *de occultis iudiciis*, & THOMAS. *diſſert. de orig. progreſſ. inquiſ. & de interit. iudiciorum Weſtphalicor. vt & de occaſ. concept. ac intent. Conſtitut. Carolin.* Germanice dicebantur die Frey-Stühle, Frey-Gedinge, Vehmen-Gerichte. Exceſſus & abuſus horum iudiciorum deſcribit ipſe *Receſſ. Imp. Wormat. de anno 1521.* in verbis: Und nachdem bisher groſſe Unordnungen an dem Frey-Stühlen, auch an dem peinlichen Gerichten, geübet und gebraucht, dadurch die Unterthanen des Reichs in viel weg beſchwert und beläſtiget, auch etwan viel unſchuldig geſteinigt und vom Leben zum Tod gericht worden. Solchem hinführo zufür kommen, ſollen und wollen wir an unſerm Stuhl zu Rotweil, auch ſonſt bey andern Obrigkeiten oder Frey-Stuhl verfügen, daß deshalben gebührlich Einſehen geſchehe, damit Ordnung gehalten, und die Gerichte derſelbigen Frey-Stuhl wieder alt Herkommen nicht mißbraucht werden.

§. XII.

## §. XII.

Ad ipſam poenam homicidii quod attinet, Carolina noſtra *art. 150.* duas cautelas ſuppeditat egregias, alteram, ne temere accuſatus dimittatur & excuſetur in verbis: **vermeinen vielleicht etliche einfältige Leute, ſie thun wohl daran, daß ſie denſelben Leuden ihr Leben retten: Sie ſollen wiſſen, daß ſie ſich ſchwerlich daran verſchulden, und ſind den Ankläger derhalben vor GOtt und Welt Wiederkehrung ſchuldig.** Supponitur vero caſus indubius in verbis antecedentibus: **und wiſſentliche Ubelthäter dadurch ledig machen wollen**, alteram magis neceſſariam cautionem requirit textus a indicibus in verbis: **und ihn nicht eigen unvernünftige Regul oder Gewohnheit, darinn zuſprechen, machen, die dem Recht wiederwärtig seyn, als je zu Zeiten an den Peinlichen Gerichten bisher beſchehen; daß die Urtheiler den Unterſcheid in der Sach mit hören, und bewegen, das iſt eine groſſe Thorheit, und folget daraus, daß ſie ſich zu vielen mahlen irren, thun den Leuten unrecht, und werden an ihrem Blut ſchuldig:** Hoc eſt quod dicetur, quando de iure diuino erit dicendi locus, quod ſaepius ab ipſis indicibus, noua ſanguinis profuſione denuo maculetur terra.

## §. XIII.

Veremur autem, vt legiſlator ex omni parte ſatis caute procedat, permittit enim *cit. art. 150.* defenſionem etiam bonorum alterius cum internecione inuaſoris,

ris, de propriis bonis jam dictum erat *art. 142.* vnde hanc theſin admodum limitant moraliſtae. vid. GROTIVS *de iure belli & pac. lib. 2. cap. 1. ſ. 12. 13.* PVFEND. *lib. 2. cap. 11. ſ. 120.* Iureconſulti quoque hanc defenſionem vix aliter admittunt, niſi inuaſor fuerit armatus & ita periculum bonorum, cum periculo vitae fuerit coniunctum, vel de fure nocturno ſit quaeſtio aut de incendiario. Ad exceſſum vero in defenſione, & poenam eatenus extraordinariam quod attinet, de ea re ex profeſſo egit DN. PRAESES *in diſſert. de moderamine deculpatae tutel.* Huc etiam referri poteſt defenſio famae, quam nimis generaliter pro neceſſaria reputat Carolina, cum tamen variae circumſtantiae intuitu perſonae laceſſiti eius conditionis, praeſertim militaris, & reliquarum qualitatum examinandae, antequam a poena ordinaria recedi poſſit ad arbitrariam, attamen grauiorem. Non melius ita res ipſa expediri poterit, quam ſi caſus in medium producatur, cum ſaepius plures rationes & adminicula coniunctim iuvent, quae disjunctim non iuuant; faciles enim ſunt reſponſiones ad quaeſtiones in abſtracto, ſed quanta prudentia opus ſit, ſi varient circumſtantiae in medio demum foro criminali experiuntur, qui in eo verſantur.

## §. XIV.

Caſus, de prouocante occiſo, qui hanc rem optime dilucidabit, obuenit Incl. ordini Iuridico Halenſi, quum duo nobiles Saxones, orta ſubito rixa, in

in arenam diſcenderent, & ſubcenturio occiderat procenturionem; rationes abſolutionis a poena ordinaria fuere ſequentes: Dennoch aber und dieweil zuförderſt ein groſſer Unterſcheid iſt, ob jemand eine Nothwehre thun müſſen, und alſo die geſammten requiſita moderaminis inculpatae tutelae vorhanden geweſen, ſo daß alle Beſtraffung wegfalle, oder aber, ob bey ſothaner defenſion ein exceſſus vorgegangen, weshalb auf eine poenam extraordinariam zu erkennen, da denn der Schluß, daß bey wegfallender eigentlichen Nothwehr ſo fort die Todes-Straffe erkannt werden müſſe, ſo wohl denen gemeinen als Sächſiſchen Rechten gäntzlich zuwieder, angeſehen in der

Peinl. Hals-Gerichts-Ordnung *art. 142.*

der Unterſcheid zwiſchen einer Nothwehr, und des in ipſa defenſione vorgehenden exceſſus, iuncta diuerſiſſima poena gar eigen bemercket, in denen Sächſiſchen conſtitutionibus aber um noch mehrerer Deutlichkeit halber, und damit der dolus in homicidio voluntario ipſo mit dem dolo quoad exceſſum, wie gemeiniglich geſchiehet, nicht confundiret werde, ausdrücklich verordnet, daß dergleichen exceſſus magnus & doloſus extra ordinem zu coerciren, die ordentliche Todes-Straffe aber wegfallen ſolle,

*conſtit. elect. part. 4. conſt. 11.* ibi: dieweil dieſe Frage etwas zweiffelhafftig geweſen, haben ſich unſere Verordnete deſſen verglichen, da einem *ob exceſſum magnum & doloſum*, in

Fäl-

Fällen der Todſchlag belangende ꝛc. ꝛc. Leibes-Straffe zugeſprochen ꝛc. *item* da ihm aber alleine die Verweiſung zuerkannt ꝛc.

Allermaſſen dieſe gradus culparum vel exceſſus in defenſione nicht nur in der geſunden Vernunfft gegründet, ſondern auch die bewährteſten Rechts-Lehrer quoad poenam extraordinarium damit übereinſtimmen,

CARPZOV. *in pract. crim. p. 1. qu. 29. n. 26. ſequ.* ibique:
HIPPOL. de MARSIL. DAMHOVDERVS, IVL. CLARVS, TIRAQVELL. PROSP. FARINAC. SCHRADER. BERLICH. GAIL. & complures alii.

und hierüber vnanimiter dahin ſchlieſſen, quod prouocatus poena ordinaria plectendus non ſit, in caſu dubio.

id. CARPZ. *cit. l. n. 71.* ibique
BERLICH. *add. Decian. & al.*

in mehrer Erwegung ein freventlicher und vorſetzlicher Mörder, welcher ſolchergeſtalt nur gleichmäßige Straffe leiden würde, gantz anders, als einer, deme vermuthlich keine Entleibung in die Gedancken gekommen, anzuſehen, und wenn dieſe Umſtände nicht genau erwogen werden, man ſich mit ſchwerer Verletzung ſeines Gewiſſens neuer Blutſchuld theilhafftig machen kan;

Peinl.

**Peinl. Hals-Gerichts-Ordn.** *art. 150.* ibi. **und werden an ihrem Blut ſchuldig.**

wie denn in praeſenti dergleichen merckliche Umſtände concurriren, daß man gar wohl ſehen kan, wie der von M. nicht willens geweſen, den von F. zu entleiben, als worzu er zu verſchiedenen mahlen in ipſo actu Gelegenheit genug gehabt, an deſſen ſtatt er vielmehr zu ihm geſaget; ſiehe nun habe ich dich, it. ſiehe nun habe ich dich ſchon wieder, ich mag es aber nicht thun; mithin die in vorigen Urtheln angeführte rationes zu der erkannten Todes-Straffe unzulänglich, in mehren Betracht formalitas duelli, worauf Dni. Wittebergenſes mit ſehen wollen, gäntzlich hinwegfället, und dieſer Umſtand, da vorhero nicht das geringſte verabredet, ſondern daß rencontre von ohngefehr in ipſa via vorgefallen, per poſteriorem ſententiam nicht unbillig verworffen, und der vorige Rechtsſpruch darinnen corrigiret worden; ferner dem inculpato, daß er, als der Entleibte vom Pferde geſtiegen, und ſolches von ſich gegeben, nicht darvon geritten, und ſich mit der Flucht ſaluiret, nicht imputiret werden mag, anerwogen er dadurch bey der augenſcheinlichen intention des Entleibten nicht geſichert geweſen, als welcher ſo wohl mit der noch übrig gehabten geladenen Piſtohl nachſchieſſen, als eadem facilitate ihm wieder nachjagen können, zu dem die Flucht denen Rechten nach nicht erfordert wird,

*l. 2. 3. 4. C. ad L. Corn. de ſicar.*

LVDOVICI *in doctrin. pandect. ad dict. tit. ſ. 6.*

Peinl. Hals-Gerichts-Ordn. *art. 140.* ibi: ohne Fährlichkeit oder Verletzung ſeines Leibes, Lebens, Ehr und guten Leumuths nicht entweichen.

und wenn ja auch hierunter etwas verſehen, und in dergleichen troublen, wie gemeinhin, nicht alles ſo genau beobachtet wird, nichts deſtoweniger, welches im gegenwärtigen Fall bey allen vorkommenden beſondern circumſtantiis zu obſeruiren, nur poena extraordinaria ſtatt hat,

id. LVDOVICI *cit. loc. ſ. 7.*

dahero denn auch der in vorigen ſententiis exaggerirte Umſtand, daß der von M. nachdem er dem Entleibten den Degen ſtringiret, auſſer Gefahr geweſen, und ihm zu ſelbigen nicht wieder hätte kommen laſſen ſollen, ſolche Straffe nicht alteriren mag, anerwogen in dem obangeregten loco der Carolinae art. 142. in verbis: von der Nöthigung erlediget geweſt rc. auch dieſerhalb verſehen, daß ſo dann weiter nichts folge, als daß es keine rechte Nothwehr geweſen, mit nichten aber auf das andere extremum nempe poenae ordinariae gefallen wird, ſondern in fine ausdrücklich ſanciret iſt, daß dem arbitrio iudicis zu überlaſſen, ob auf Buß und Beſſerung, oder ſonſten zu erkennen; zu geſchweigen ex poſt facto in der regiſtratur fol. 33. Vol. 2. beygebracht worden, daß inculpatus in nicht geringer Gefahr geweſen, immaſſen in

in deſſen Weſte, nachdem die Mondur gerichtlich beſichtiget worden, verſchiedene Stiche ſich befunden, dennoch derſelbe gar groſſe moderation gebrauchet, und ſolche in beſondern Umſtänden durch den dabey geweſenen Knecht beſcheiniget, welcher bey ſeiner letztern Ausſage, ſo er endlich beſtärcket, beſtändig geblieben, und ob wohl nach Anleitung der

*conſtit. Sax. p. 4. conſt. 8.*

wenn ein Zeuge vorhanden, es keines fernern medii eruendae veritatis bedarf, ſondern ſo fort auf extraordinariam zu erkennen iſt, welches auch nicht unbillig, weil in dergleichen Fällen probatio luce meridiana clarior nicht zu haben, bevorab da kein Menſche mehr, wie in praeſenti, dabey geweſen, dennoch wegen einiger ſehr mercklichen circumſtantien auf das purgatorium zu erkennen, der ſicherſte Weg iſt.

CARPZ. *ad dict. conſt. 8. defin. 3. & 6.*

Im übrigen der von M. bey dem allen, da er kein moderamen inculpatae plane tutelae auszuführen vermag, ſondern der exceſſus in ipſo ſtatu defenſionis offenbahr, ungeſtraffet nicht bleiben kan;

So ſind wir, wie in dem Urthel enthalten, zu erkennen bewogen worden. Sane hanc deciſionem, integri tractatus inſtar, pluribus aliis inſeruire poſſe firmiter ſumus perſuaſi.

## §. XV.

De cetero cautiſſime procedit Conſtitutio Caroli-

na in cauſis homicidii, & ex omni contextu apparet, quod autor eius tradita Legis Aquiliae & Corneliae partim fuerit ſecutus, partim temperauerit; Sic *art. 137.* recte formatur regula generalis: **Ein jeder Mörder oder Todſchläger, wer deshalb nicht rechtmäßige Entſchuldigung ausführen kan, hat das Leben verwürcket.** Non dicitur, quod ſola defenſio neceſſaria ſeu moderamen inculpatae tutelae liberet a poena capitali, ſed quaelibet iuſta *excuſatio*, vnde in ſequentibus vtriusque partis capita ſecernuntur. Saltem *art. 140.* nimium indulgetur culpae, in eo, quod, qui ſine periculo famae & bonae exiſtimationis diſcedere nequeat, & ita alium occiderit, plane nulla poena dignus ſit, poſthabito iure ſcripto & non ſcripto ſeu conſuetudine: haec enim pro irrationabili habetur, quoties iuri diuino repugnat, ſed hoc intelligendum de poena capitali, vix igitur hodie caſus eſt dabilis, vbi exceſſum in defenſione non ſequatur, pro re nata, poena arbitraria. Porro inſtruitur iudex *art. 143.* qualem ſe gerere debeat, ſi nulla ob defectum teſtium adſit probatio defenſionis neceſſaria in verbis: **In ſolchen Fällen iſt anzuſehen der gut und böſe Stand, jeder Perſon, die ſtatt, da der Todſchlag geſchehen iſt, was auch ein jeder für Wunden und Wehr gehabt, und wie ſich jeder Theil in dergleichen Fällen vor und nach der That gehalten habe, welcher Theil auch aus vorhergehenden Geſchichten mehr Glaubens, Urſach, Bewegung, Vortheils oder Nutz haben möge, dem andern an dem Ort, als die That geſchehen iſt, zu erlegen oder zu benöthigen.** At haec omnia non reſtri-

reſtrictive, ſed pro legitimis adminiculis, vnde concludit Caeſar reliqua prudentiae & circumſpectioni iudicis relinquendo: Darauf kan ein guter und verſtändiger Richter ermeſſen, ob der fürgewendeten Nothwehr zu glauben ſey.

§. XVI.

